

Statut. do-  
mum pro Ge-  
neral. & Assi-  
stentibus.

una cum Assistentibus ipsius Congregatio-  
nis ad quinquennium tunc proximum in  
Domo Regulari, seu Collegio S. Caroli de  
Catinariis nuncupati de Urbe ejusdem Con-  
gregationis resideret, ibique Sedem ordina-  
riam principalem haberet.

§.2. Nunc autem considerantes non  
modica cum inde hoc biennio prefate  
Congregationi utilitatem provenisse, felici  
ejusdem Congregationis statui, progres-  
sui, directioni, & tranquillitati per amplius,  
& uberius censuimus esse providendum.  
Motu itaque proprio, non ad cuiusdam.  
Nobis super hoc oblate petitionis instan-  
tiam, sed ex certa scientia, & matura de-  
liberatione nostris, deque apostolicæ pote-  
statis plenitudine, ac perpetuis, futuris  
temporibus Præpositus Generalis una cum  
Assistentibus Congregationis prefate in-  
memorato Collegio S. Caroli da Catinariis  
resideat, ibique Sedem ordinariam prin-  
cipalem habeat; Capitula vero Generalia  
Congregationis huiusmodi in eodem Col-  
legio celebrari debeant, tenore præsen-  
tium decernimus pariter, ac statuimus, &  
ordinamus.

§.3. Volentes, ut dictum Collegium,  
nullius particularis Provinciae dictæ Con-  
gregationis esse censeatur, sed immediate  
subiaceat prefato Præposito Generali, qui  
ex quatuor Provinciis, in quas eadem Con-  
gregatio divisa reperitur, earumque quæ-  
libet, post factas Superiorum localium ele-  
ctiones, indifferenter arbitrio suo eligat  
Religiosos, qui familiam ipsius Collegii  
constituant. Porro præter Præpositum Ge-  
neralem, & quatuor Assistentes, ac Pro-  
curatorem Generalem Congregationis hu-  
jusmodi nulli alii Superiores, vel Religiosi  
privilegiati mansionem stabilem in dicto  
Collegio habere possint. Præpositus vero  
Generalis, postquam electus fuerit, solus  
per seipsum, antequam alii omnes Supe-  
riores locales eligantur, secundum Præ-  
positum eligat, qui Collegium huiusmodi  
dependentem ab ipso Præposito Generali re-  
gat, ac omnibus, & singulis prærogativis,  
& præminentis, quibus Præpositi ejusdem  
Collegii hætenus usi, potiri, & gavisi fue-  
runt, pariformiter, uti, potiri, & gaude-  
re; necnon Capitulo Provinciali Provin-  
ciæ Romanæ una cum Socio suo interesse,  
& ibidem in vocalem Capituli generalis  
eligi valeat.

§.4. Ut autem omnia majora dictæ Con-  
gregationis Officia inter prefatas quatuor  
Provincias æqua lance distribuatur, sta-  
tuimus, ut unaquæque ex eisdem Provin-  
ciis proprios Assistentem, ac Visitatorem,  
& Præpositum Provinciale habeat, qui  
sint, & esse debeant nationales respective  
earumdem Provinciarum. Nationalis ve-  
ro alicujus ex Provinciis huiusmodi esse  
intelligatur, qui vel in illa sit natus, vel in  
aliqua ex domibus Novitatus ipsius Pro-  
vinciae professionem regularem emisit,  
vel in eadem Provincia decennii continui  
spatio mansionem ibidem habens, fuerit  
commoratus; Hac lege, ut qui semel de-

claratus fuerit unius esse Provinciae, natio-  
nalitate alicujus ex aliis Provinciis potiri  
nequeat, nisi in illa de novo per decen-  
nium permanerit; qua super re etiam Ca-  
pituli Generalis approbatio intervenire de-  
beat. Quia vero duos primos ejusdem Con-  
gregationis Superiores, nempe Præposi-  
tum Generalem, & Procuratorem Gene-  
ralem, viros spectatæ virtutis, & idonei-  
tatis, aliisque meritis eximie præstantes ef-  
se oportet; ideo volumus eosdem Præposi-  
tum Generalem, & Procuratorem Gene-  
ralem ex universo corpore dictæ Congre-  
gationis, nulla servata Provinciarum dis-  
tinctione, sed sola virtutis, & idoneitatis,  
& meritorum huiusmodi contemplatione  
assumi; Idque locum habeat tam in casu,  
quo ejusmodi Præpositi Generalis, ac Pro-  
curatoris Generalis officia tempore cele-  
brationis Capituli Generalis vacant, quam  
si per mortem, aliumve quemlibet eventum  
in decursu triennii contingat illorum va-  
cacio. Cæterum eveniente ante exactum  
triennium vacatione Officiorum Assisten-  
tis, ac Visitatoris, & Provincialis, qui in  
locum deficientis substituetur, sive subro-  
gabitur, illius Provinciae nationalis esse de-  
beat, in qua vacatio contigerit, quod si  
quis reperitur, qui post expletum in offi-  
ciis majoribus novennium, ab Officiis, &  
dignitatibus dictæ Congregationis triennii  
spatio vacaverit, possit is quoque pariformi-  
ter, sicut alii in Officium vacans suffici,  
seu subrogari.

§.5. Porro ad evitanda gravia incon-  
venientia, & præjudicia, quæ in eadem  
Congregatione ex perpetua, vel minus  
diuturna majorum illius Officiorum dura-  
tione, seu gestione exoriri possent, statu-  
mus quoque, & ordinamus, ut nullus dic-  
tæ Congreg. Clericus Regularis Officia,  
ad quæ sit electio in Capitulo Generali, vi-  
delicet Assistentis, ac Visitatoris, & Pro-  
curatoris Generalis, vel aliquod illorum  
longiori, quam novem annorum spatio ge-  
rere possit, quod novennium per tria Cap-  
itula Generalia integra constituatur, & hoc  
novennium explevisse censeatur tam illi,  
qui aliquod ex dictis Officiis continue exer-  
cuerit, quam illi, qui ab uno ad aliud ex  
eisdem Officiis transierint, itaut tam in  
proximo Capitulo Generali Congregatio-  
nis huiusmodi, quam deinceps in perpetuum  
illi, qui novem annis dicta tria Offi-  
cia, seu aliquod ex illis exercuisse repe-  
riantur, in eo, quod gerebant Officio con-  
firmari nequeant, nec ad aliquod aliud  
ejusdem Congregationis Officium, vel di-  
gnitatem, sive in Præposito, seu Superioris  
localis eligi valeant, nisi post peractum no-  
vennium huiusmodi tribus annis in statu  
Religiosi privati permanerint. Hæc tamen  
dispositio locum non habeat in illis, qui Of-  
ficia prædicta non vigore electionis a Cap-  
itulo Generali facta, sed juri subrogatio-  
nis, sive suffectionis ex causa vacationis in  
decursu triennii occurrentis gesserint; tem-  
pus enim Officii vigore subrogationis, si-  
ve suffectionis huiusmodi gesti volumus in  
NOVEN-

Nulli or-  
dinationes.

novennio computari, nisi sic subrogatus,  
sive suffectus, quo tempore in Officium,  
vacans sufficietur, seu subrogabitur, ali-  
quod aliud ex eisdem Officiis majoribus  
sibi a Capitulo Generali demandatum ha-  
beret; quo casu tempus gestorum duorum  
Officiorum huiusmodi in prefato noven-  
nio continuo computabitur. Nec pariter  
habeat locum jam dicta dispositio in per-  
sona Præpositi Generalis, ad cujus Offi-  
cium eligi possit quicumque ex prefatis  
Clericis Regularibus, licet novennium in  
in exercitio majorum Officiorum huius-  
modi complevisse reperiretur; quinimo  
tam modernus, quam pro tempore exi-  
stens Præpositus Generalis absque ulla li-  
mitatione temporis in Capitulo Generali-  
bus ipsius Congregationis de triennio in-  
triennium celebrari solitis in Generalatu  
ad eum annorum numerum, quem pro  
majori bono ipsius Congregationis Capitu-  
lum Generale convenire censuerit, con-  
firmari valeat juxta Constitutiones ejus-  
dem Congregationis. Et quia per easdem  
Constitutiones cavetur expresse, ut in quo-  
libet Capitulo Generali duo Assistentes in  
suis Officiis confirmantur, statuimus par-  
iter, & ordinamus, ut tam in proximo,  
quam in aliis Capitulis Generalibus dictæ  
Congregationis successively celebrandis il-  
li solummodo possint, & debeant in suis  
Officiis respective confirmari, qui noven-  
nium continuum in prefatis Officiis ma-  
joribus non compleverint; itaut tamen ut  
si ad complementum novennii huiusmodi  
nondum pervenerint, etiam si eis modicum  
temporis spatium, etiam aliquot men-  
sium deficeret, possint nihilominus in Ca-  
pitulo Generali confirmari ad aliud trien-  
nium in Officio Assistentis, illudque du-  
rante triennio huiusmodi exercere etiam  
pro eo tempore, quod ultra prefatum no-  
vennium excurrat. Alii vero duo Assisten-  
tes, qui tempore celebrationis Capituli  
Generalis novennium in Assistentis, vel  
alio, seu aliis majorum Officiorum præfa-  
torum complevisse reperiretur, in ejusmo-  
di Assistentis munere nequeant confirma-  
ri, sed ab omni Officio, & dignitate per  
triennium vacare debeant, sicut supra ex-  
pressum est; Remanente tamen semper eis  
libero aditu ad Generalatum juxta ea, quæ  
superius ordinavimus.

Hæc omnia  
servari man-  
dat.

Clause:

§.6. Postremo omnia, et singula præ-  
missa ab illis, ad quos spectat, et pro tem-  
pore spectabit quomodolibet in futurum  
sub privationis vocis activæ, et passivæ,  
ac perpetuæ inhabilitatis ad obtinenda Offi-  
cia dictæ Congregationis, necnon excom-  
municationis latæ sententiæ prenis per con-  
traventores eo ipso absque alia declaratio-  
ne incurrendis, inviolabiliter, et incon-  
cussè observari mandamus, et præcipimus.  
§.7. Decernentes easdem præfatas li-  
teras, et in eis contenta quæcumque etiam  
ex eo, quod quicumque in præmissis, seu  
eorum aliquo interesse habentes, seu ha-  
bere quomodolibet prætendentes, cuius-  
vis status, gradus, ordinis, conditionis,

& dignitatis, aut alias speciali, & indivi-  
dua mentione digni existant, illis non con-  
fenserint, aut ad ea citati, vocati, & au-  
diti, seu causa, propter quas præfatas ema-  
narunt adductæ, verificatæ, & justificatæ  
non fuerint, aut ex alia quacumque quan-  
tumvis iusta, legitima, & privilegiata cau-  
sa, colore, pretextu, & capite etiam in  
corpore juris clauso, etiam enormis, enor-  
missimæ, & totalis læsionis, nullo unquam  
tempore de subreptionis, vel obreptionis,  
aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ,  
aut interesse habentium consensus, aliove  
quolibet quantumvis magno, & substantia-  
li defectu notari, impugari, infringi, re-  
tractari, in controveriam revocari, aut  
ad terminos juris reduci, seu adversus il-  
las apertionis oris, restitutionis in inte-  
gram, aliudve quodcumque juris, facti,  
vel gratiæ remedium intentari, vel impe-  
trari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia,  
& potestatis plenitudine paribus con-  
cesso quempiam in iudicio, vel extra illud  
uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsen-  
tes Literas semper firmas, validas, & effi-  
caces existere, & fore, suosque plenariis,  
& integros effectus sortiri, & obtinere, lic-  
que, & non aliter in præmissis omnibus, &  
singulis cõferri, atque ita per quoscumque  
Judices ordinarios, & delegatos etiam cau-  
tarum Palatii Apostolici Auditores, ac San-  
ctæ R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos,  
aliosve quoslibet quavis auctoritate,  
& potestate fungentes, & sancturos, subla-  
ta eis, & eorum cuilibet quavis aliter ju-  
dicandi, & interpretandi facultate, & au-  
doritatem judicari, & definiri debere, ac ir-  
ritum, & inane, si secus super his a quo-  
quam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus præmissis, ac qua-  
tenus opus sit, nostra, et Cancellariæ Apo-  
stolicæ regula de non tollendo jure quæsi-  
to, aliisque Constitutionibus, et Ordina-  
tionibus Apostolicis, necnon Congregatio-  
nis, Provinciarum, et Collegii prædicto-  
rum, aliisque quibusvis, etiam jurame-  
nto, confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmitate alia roboratis statutis, & consue-  
tudinibus, privilegiis quoque, indultis, et  
Litteris Apostolicis sub quibuscumque ver-  
borum tenoribus, et formis, ac cum qui-  
busvis etiam derogatoriis derogatoriis,  
aliisque efficacioribus, efficacissimis, et  
insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis  
Decretis in genere, vel in specie, etiam  
motu pari, ac etiam consistorialiter, aut  
alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus,  
in contrarium præmissorum concessis, ap-  
probatis, et innovatis. Quibus omnibus,  
et singulis, etiam si pro illorum sufficienti  
derogatione de illis, eorumque totis teno-  
ribus specialis, specifica, expressa, et in-  
dividua, ac de verbo ad verbum, non au-  
tem per clausulas generales, idem impor-  
tantes mentio, seu quævis alia expressio  
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad  
hoc servanda foret, illorum tenores, for-  
mas, et occasiones, præsentibus pro ple-  
ne,

Contraria re-  
lit.

ne, et sufficienter expressis, servatis, insertis, et specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad praemissorum effectum specialiter, et expresse, ac plenissime, et amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandata.

§.9. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, et gentium tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. die 18. Apr. 1662. An VIII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Apr. 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCCXCI.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Extensio Statuti Gregor. XV., ut Canonicatus, & Praeben. Poenitentiarum Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium in Hispaniarum Regnis constituentium eidem Sedi Apostolicae (non tamen ratione obitus apud eandem) reservati, praevio concursu conferri debeant, ad Ecclesias Cathedralis, & Metropolitanas Principatus Cathalonie &c.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio.

Pro commissa Nobis divinitus omnium Ecclesiarum sollicitudine in id peculiari studio incumbimus, ut ipsarum Ecclesiarum, praesertim Cathedralium, & Metropolitanarum Beneficia, quibus fori poenitentialis cura annexa est, personis dignis, & idoneis conferantur, quae injunctum sibi gravissimum munus ad animarum salutem fructuose valeant adimplere.

Supplicatio.

§.1. Nomine siquidem Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper expositum fuit, quod alias sel. rec. Greg. Papa XV. Praedecessor noster ad ipsius Philippi Regis instantiam per quasdam suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicae 1662. idibus Novembris expeditas literas statuit, & ordinavit, ut ex tunc perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Canonicatus, & Praebendae poenitentiarum quarumcumque Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum tunc, & pro tempore existentium, tam eatenus instituti, quam deinceps quodcumque pro Decretorum Concilii Tridentini complemento instituendi, quotiescumque illos, quibus suis modis, ex quorumcumque etiam ipsius Gregorii Praedecessoris, aut Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis Cardinalium etiam tunc viventium familiarium, continuorum, commensalium, seu Romanae Curiae Officia-

lium, aut alias quomodolibet reservatorem inducentibus personis, etiam per cessum, etiam permutationis causa in manibus eorum Ordinariorum, vel decessum (non tamen in Curia, aut apud Sedem Apostolicam, seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut privationem extra tamen eandem Curiam, seu Religionis ingressum, aut Matrimonii contractum eos tunc, & quo tempore obtinentium, seu jus in illis, vel ad illos habentium, aut alias quibuscumque modis (non tamen per obitum apud Sedem praefatam) ac etiam in aliquibus ex mensibus, in quibus Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio ipsi Gregorio Praedecessori, & Sedi praedictae, etiam per Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariae Apostolicae regulas erat, & pro tempore foret reservata, vel etiam ordinariis collationibus per eandem Constitutiones, seu Regulas, vel literas alternatarum, aut alia privilegia, & indulta concessa eatenus, & in posterum concedenda simul, vel successive vacare contingeret, etiam si aliqui eorumdem Canonicatum, & Praebendarum Poenitentiarum actu tunc, ut praefertur, vti alias quibuscumque modis, & ex quorumcumque personis (non tamen per obitum, ut praefertur, apud dictam Sedem) vacarent, & ex eo quod Canonicatus, & Praebendas poenitentiarum hujusmodi obtinentes, seu in illis, vel ad illos jus habentes ipsius Gregorii Praedecessoris, & quorumcumque Romanorum Pontificum ejus Praedecessorum, seu Successorum, aut S. R. E. Cardinalium etiam viventium, & in dicta Curia praesentium familiares, continui, commensales, seu dictae Sedis Notarii, Subdiaconi, Accolythi, Cappellani, Literarum Apostolicarum Abbreviatores, Scriptores, Cubicularii, Scutiferi, proventuum, & jurium Camerae Apostolicae debitorum Collectores, & Subcollectores, seu quicumque alii Curiae, & Sedis praedictarum Officiales etiam sub diversis Constitutionibus rec. mem. Pauli Papae II. etiam Praedecessoris nostri suorum, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium, continuorum Commensalium declaratoris comprehensi praesentes, & futuri quocumque nomine nuncupati, seu ex quavis alia causa dispositioni apostolicae specialiter, vel alias generaliter reservati, aut ex generali reservatione apostolica affecti, seu ad Sedem eandem devoluti existerent, per Ordinarios locorum, & Capitula dictarum Ecclesiarum tantum praevio concursu per Edictorum affixionem sub certis modo, & forma tunc expressis conferri deberet, cum diversis conditionibus, & alias prout in praefatis dicti Gregorii Praedecessoris literis uberius dicitur contineri.

Gregorii XV. Decretum.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, Canonicatu, & Praebenda poenitentiarum Ecclesiae Barchinonen. per obitum quondam Petri Joannis Archer, qui illos, dum viveret, obtinebat, nuper vacantibus, super eorumdem Canonicatus, & Praebendae provisione, necnon affixione

Edi,

Edictorum pro concursu desuper insinuatim, controversiae inter Venerabilem Fratrem Episcopum Barchinonen., ac dilectos filios Capitulum, & Canonicos ejusdem Ecclesiae Barchinonen. fuerint exorta, & ad illos dilectus filius Josephus Gallart unus ex Oppositoribus electus fuerit; quia vero praesens fuit in antecedenti dictorum Canonicatus, & Praebendae vacatione, in qua dictus Petrus Joannes defunctus de illis provisis fuit, memoratum Statutum dicti Gregorii Praedecessor. Ecclesiasticos Principatus Cathalonie minime comprehendere, dictus Philippus Rex Statutum hujusmodi, excepta tamen dicta ultima vacatione, in qua jus quaesitum parti conservandum est, ad Ecclesias dicti Principatus a Nobis quatenus opus sit extendi plurimum desideret.

Gregorii XV. Decretum confirmat.

§.3. Nos igitur Philippi Regis votis hac in re favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, necnon praedictarum Gregorii Praedecessoris literarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto habentes, supplicationibus ejusdem Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praenarratum Statutum, & Ordinationem memorati Gregorii Praedecessoris, emanataeque desuper ejus literas praedictas, ac omnia, & singula in eis contenta ad quascumque Cathedralis, & Metropolitanas Ecclesias in dicto Principatu Cathalonie nunc, & pro tempore existentes, ita ut, & nunc perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Canonicatus, & Praebendae poenitentiarum earundem Ecclesiarum tam hucusque instituti, quam deinceps quodcumque pro praedicti Concilii Tridentini Decretorum adimpleto instituendi, quotiescumque illos, sicut in praedictis Gregorii Praedecessoris literis expressum est vacare contigerit, praevio concursu per Ordinarios locorum, & Capitula dictarum Ecclesiarum tantum per Edictorum affixionem, & alias eisdem modo, & forma, qui in dictis Gregorii Praedecessoris literis praescribuntur, habendo conferri debeant, & si Canonicatus, & Praebenda poenitentiarum hujusmodi in mense Apostolico vacaverint, aut alias ratione personae, vel loci generaliter, vel specialiter reservati, seu affecti fuerint, ad illos pro tempore assumpti, vel electi intra sex menses a die eorum electionis per Ordinarios, & Capitula hujusmodi faciendae Literas Apostolicas desuper expedire, ac jura Camerae Apostolicae, & aliis propterea debita solvere teneantur, ac servatis in aliis omnibus, & per omnia dispositione, & Ordinationibus earundem Gregorii Praedecessor. Literarum, sine praedicti tamen juris alteri haecenus quaesiti auctoritate apostolica tenore praesentium quatenus opus sit extendimus, & ampliamus, dictasque Ecclesias Principatus Cathalonie in futurum gratis per praedictas Gregorii Praedecessoris Literas Ecclesiis Regnorum Hispaniarum concessis frui, & gau-

dere debere decernimus, & declaramus. §.4. Decernentes pariter easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod causa, propter quas emanarunt coram locorum Ordinariis etiam tanquam a Sede praefata delegatis, vel alias quomodolibet examinatae, justificatae, purificatae, & approbatae, ipsique Ordinarii, & alii inferiores Collatores, necnon quicumque interesse habentes ad id legitime vocati non fuerint, nec praemissis consenserint, sed etiam enormis, & enormissimae laesionis, vel alio quocumque praetextu, aut ex quavis alia causa quantumvis legitima, urgente, & juridica, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibuscumque similibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, & quibuscumque aliis Romanis Pontificibus Successoribus nostris, & dicta Sede etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in praesentium, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub data posteriori per Capitulum, Ecclesiarum hujusmodi pro tempore eligenda concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, vimque, & robur validi inter Sedem ex una, & Capitulum praedictum ex altera partibus rite, & recte iniiti, stipulati, ac etiam utrimque jurati contractus habere, & perpetuo obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & ab omnibus inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§.5. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Maii 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 19. Maii 1662. An. VIII.

Super

Super concordia solutionis Pensionis refer- vata a san. mem. Gregorio XIII. super fructibus Abbatie Fontis Avellanae de anno 1578. ad favorem Collegii Neophy- torum, faciendae a Collegio Germanico tantum in scutis 1400. de Julis 10. pro scuto in futurum.

Collegium Germanicum pro Scholaribus Nationis Germanicae instituit Julius III., & quasi destitutum restituit Gregorius XIII. Constituit. Postquam Deo. Tom. 4. Par. 3. fol. 259. cui redditus assignavit, ibid. §. 3.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Apostolicam dignitatis fastigium, meritis licet imparibus divina dispositione evesti, illa quae inter personas Ecclesiasticas pacis, & concordiae studio, ac ad componendas exortas inter Collegia pro Catholicae fidei conservatione, & propagatione pie, salubriterque instituta controversias provido, prudentique conventa, & decreta noscuntur esse consilio, ut firmiter subsistant, & exactius serventur, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis praesidio constabilius.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rector Collegii Germanici, & Hungarici, ac Deputati, seu Ministri Collegii Neophytorum de Urbe, quod cum inter eadem Collegia super annua pensione mille scutorum auri, quam dudum felicis recordationis Gregorius Papa XIII. Praedecessor noster dicto Collegio Neophytorum super fructibus, redditibus, & proventibus Monasterii Abbatiae nuncupati Sanctae Crucis de Avellana in Statu Urbinateni, memorato Collegio Germanico, & Hungarico per ipsum Gregorium Praedecessorem uniti, adnexi, & incorporati, in perpetuum reservavit, constituit, & assignavit, seu controversia penderet.

Pontifex commisit controversiam pro- rectoribus Col- legii.

§. 2. Venerabiles Fratres Nostri Franciscus Portuensis Barberinus, & Julius Sabinen- sis Episcopi Sacchetti, necnon dilectus filius noster Benedictus tituli S. Honupri Presbyter S. R. E. Cardinales Odescalchus nuncupati, dictorum Collegiorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectores, & Judices respective, quibus controversiam huiusmodi sine strepitu, & figura iudicii amicabilem terminandam commiseramus, ad sedandas lites pro bono pacis, ac per viam transactionis, & concordiae unanimiter censuerunt, valorem scuti auri in dies augescentem esse reducendum, & taxandum ad rationem juliorum quatuordecim, adeo ut in posterum perpetuis futuris temporibus Collegium Germanicum teneatur solvere tantummodo annua scuta mille, & quadringenta monetae Romanae juliorum decem pro quolibet scuto, sed quoad terminos eatenus decursos, & ma-

turatos deberet solvere, ut antea ad rationem juliorum quindecim pro quolibet scuto: insuper mandarunt, ut idem Collegium Germanicum pro una vice tantum, solveret Neophytis scuta quadringenta monetae, hoc addito, ut quatenus ipsum Collegium Germanicum in futurum sit morosum per sex menses in solutione alicujus semestris maturati, cadat a commodo hujus decreti, & concordiae, & alias prout in eorumdem Cardinalium decreto desuper edito continetur.

Instrumentum trans- actionis.

§. 3. In cuius Decreti executionem subinde praedictorum Collegiorum nomine celebratum fuit publicum transactionis, & concordiae huiusmodi Instrumentum tenoris, qui sequitur, videlicet: In nomine Domini, Amen: praesenti publico Instrumento cunctis eviderent pateat, & sit notum, quod anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1662. Indictione 15. die vero 8. Maii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papae VII. anno ejus octavo. In mei Simij Curiae Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Vicarii, & D. Vincentii Octaviani Magistrorum Viarum, & Neophytorum Urbis Collegii Notariorum in solidum rogatorum, & infrascriptorum Testium praesentia praesentes, & personaliter constituti admodum Rev. P. Joannes Hieronymus Galenus Procurator specialiter constitutus ab admodum Reverendo P. Aloysio Spinula Rectore Ven. Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe ad infrascripta peragendum ex instrumento in actis mei Simij sub hodierna die recepto, ad quod &c. necnon Illustrissimus, & Reverendissimus D. Franciscus Maria Antaldus dicti V. Collegii Neophytorum Vicegerens, qui promisit ratificari facere omnia, & singula in praesenti Instrumento contenta a DD. Deputatis, seu Ministris dicti Ven. Collegii infra octo dies & Instrumentum ratificationis tradere ad effectum in praesenti Instrumento inferendi habentes certam notitiam Decreti facti sub die 21. Aprilis 1662. ab Eminentiss. Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalcho specialiter per Sanctiss. D. N. deputatis super controversia pendente inter eadem Collegia ratione solutionis Pensionis annuae scutorum mille auri in auro, olim a fel. record. Gregor. XIII. reservatae Neophytis, super fructibus Abbatiae Avellanae unitae dicto Collegio Germanico, prout habetur in Memoriali, & rescripto Suae Sanctitatis eiusdem Eminentiss. & Reverendissimis Dominis Cardinalibus directo, tenoris sequentis, videlicet.

Decretum Gregor. XIII.

§. 4. Beatissimo Padre, in conformita degl'ordini dati da Vostra Santita, al Padre Rettore del Collegio Germanico riverentemente l'espone come il detto Collegio fondato dalla san. memoria di Gregorio XIII. per mantenimento della Fede nella Regni della Germania, ebbe per sua principale fondazione l'Abbadia di Santa Croce dell'Avellana, nello Stato d'Urbino, quale

Memoriale portatum pro parte Collegii Germanici S. D. N. ut causam committ. Card utriusq. Collegii Protectoribus.

quale stimò di rendita di scudi 6000. d'oro in oro, riservando mille scudi d'oro in perpetuo per il Collegio de' Greci, e mille altri simili per il Collegio de' Neofiti, e 2000. all'Abbate della Rovere in sua vita, che furono trasferiti a diversi, e fece questo riparto, acciò terminando la pensione temporanea del detto Abbate della Rovere, ne restassero 4000. al Collegio Germanico, sono calati talmente li frutti dell'Abbadia, che oggidì rende pochissimo, & è cresciuto il valore dell'oro il terzo di più, in maniera tale, che il povero Collegio Germanico, non solo non gode parte della sua congrua porzione assegnata, ma per pagare le sopradette pensioni in pochi anni è stato necessitato a prender a censo più di scudi 18. mila de quali ne paga l'interesse, onde il Collegio non potendo, ne meno mantenere la metà degl'Alumni, che dovrebbe conforme all'intenzione del Fondatore, con tanto danno della Fede Cattolica, è sforzato a ricorrere a piedi di Vostra Santità, acciò rimetta questa causa alli Signori Cardinali Barberino, come Protettore del Collegio Greco, e Germanico, & al Cardinale Odescalco, come Protettore de Neofiti, & al Cardinale Sacchetti come Giudice, ed Esecutore della Bolla di detta unione, acciò conoscendo la verità del fatto, facciano restituire da Pensionarij al Collegio Germanico il soprapagato de' frutti, e poi o si assigni al Collegio Germanico la sua congrua, conforme all'intenzione del Fondatore, o vero si riparta l'Abbadia, che è divisa in tre corpi, dandone ad ognuno la sua parte conveniente, ovvero li diminuischino le Pensioni a proporzione della rendita, o si pigliano quegli'espediti, che meglio giudicaranno acciò il Collegio Germanico non vada totalmente in rovina, & intanto, che non s'ii molestato per il termine corrente, perchè senza pigliare di nuovo a censo, non vi è forma di pagare, che il tutto &c. Alla Santità di Nostro Signore, per il Collegio Germanico, alli Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi, che vogliono terminare questa differenza per accordo, senza strepito, o figura di giudizio: dictum quidem decretum partes ipsae habentes pra manibus, Originale scilicet mihi Simio, copiam vero illius collationam dicto Domino Octaviano tradiderunt inferendam huic Instrumento pariter tenoris sequentis, videlicet.

Cardinalium Decretum huiusmodi Collegiorum Protectorum.

§. 5. Die 21. Aprilis 1662. In Congregatione habita ab Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalco deputatis per rescriptum Sanctissimi Domini Nostri super controversia pendente inter Collegium Germanicum, & Collegium Neophytorum ratione solutionis annuae pensionis scutorum mille auri in auro olim a fel. record. Gregorio XIII. reservatae Neophytis super fructibus Abbatiae Avellanae unitae Collegio Germanico, iidem Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres, ad sedandas lites pro Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

bono pacis, ac per viam transactionis, & concordiae unanimiter censuerunt valorem scuti auri in dies augescentem reducendum, & taxandum ad rationem juliorum quatuordecim, adeo ut ab hac die imposturum perpetuis futuris temporibus Collegium Germanicum teneatur solvere tantummodo annua scuta mille, & quadringenta monetae Romanae juliorum decem pro quolibet scuto: sed quoad terminos eatenus decursos, & maturatos usque ad hanc diem debebat solvere, ut antea ad rationem juliorum quindecim pro quolibet scuto. Insuper mandarunt, ut idem Collegium Germanicum pro una vice tantum solvat Neophytis scuta quadringenta monetae. Hoc addito, ut quatenus ipsum Collegium Germanicum in futurum sit morosum per sex menses in solutione alicujus semestris maturati, cadat a commodo hujus decreti, & concordiae. Et juxta haec mandarunt confici publicum Instrumentum, & supplicari Sanctissimo pro confirmatione cum impositione perpetui silentii, ac avocatione, & extinctione litis, F. Cardinalis Barberinus, I. Cardinalis Sacchetti, B. Card. Odescalchus, &c. sponte, &c. omni, &c.

Decretum acceptatur, &c. R. P. D. Antaldus Collegii Neophytorum Vicegerens recipit a Patre Procuratore Collegii Germanici scilicet baj. 52. pro pensionibus decursis, & de curandis.

§. 6. Decretum ipsum unanimiter acceptarunt, & acceptant, illique acquieverunt, & acquiescunt, mutuaque stipulatione nobis Notariis, &c. etiam per viam Transactionis, & Concordiae, ac alias omni, &c. medio juramento tactis, &c. promiserunt, & promittunt illud in omnibus, & per omnia observare, & pro illius ulteriori executione praedictis Illustriss. & Reverendiss. D. Franciscus Maria Antaldus praedicti Neophytorum Collegii Vicegerens nunc in mei, &c. testiumque, &c. incontinenti habuit, & recepit scuta mille octingenta septuaginta tria, baj. 52. monetae pro terminis pensionis decursis, & decurrendis, usque ad diem Festivitatis S. Joannis Baptistae mensis Junii proxime venturi, necnon alia scuta quadringenta monetae pro unica vice tantum pariter incontinenti a supra dicto Ven. Collegio Germanico, & Ungarico per manus dicti Rev. P. Galeni mediante Ordine Sacro Monti Pietatis directo, quem Ordinem ad se traxit, &c. dimissa tamen penes Nos illius copia collationata ad effectum in praesenti Instrumento inferendi, tenoris sequentis, videlicet. Collegio Germanico, & Ungarico.

Tenore dicti Ordinis.

§. 7. Signori Provisori del Sacro Monte della Pietà, li piacerà pagare al Venerabil Collegio de Neofiti, e per esso all'Illustriss. e Reverendiss. Monsignor Francesco Maria Antaldi Vicegerente del Collegio di essi Neofiti, scudi due mila ducento settantatre, baj. 52. moneta quali faccio pagare, cioè scudi 1873. baj. 52. per resto, e saldo intiero pagamento di tutte le paghe decorse, e da decorrere a tutta la paga di S. Gio. di Giugno prossimo avvenire 1662. della pensione di scudi 1000. oro riservata a suo favore sopra l'Abbadia di Santa Croce dell'Avellana, nello stato d'Urbino compresi anche scudi 96. simili pagati per le

decime dovute dal detto Collegio de Neofiti alla Rev. Cam. Apostolica, e scudi 400. per una volta tanto. Il tutto in conformita del Decreto dell'Eminentissimi Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi, Deputati dalla Santita di Nostro Signore, & Instrumento di concordia oggi rogato per l'atti del Simio Notaro dell'Eminentiss. Vicario insolidum con l'Ottaviani Notaro de Signori Maestri di Strada, e Collegio de Neofiti, alli quali &c. In tutto, e per tutto si abbia relazione, &c. con ricevuta faranno ben pagati, dal Collegio Germanico, & Ungarico li 8. Maggio 1662. per scudi 2273. 52. moneta. Gio: Girolamo Galeno Procuratore del detto Collegio: & de pecuniis in eo contentis nunc pro quando illas recipiet, se bene contentum, & satisfactum vocavit, &c. & nihilominus exceptioni, speique, &c. ad cautelam renunciavit, & generaliter predictum R. P. Galenum presentem, &c. & ejus Collegium Nobis Notariis, &c. quo supra nomine quietavit, ac penitus absolvit, &c. etiam per pactum, &c. & per Aquilianam stipulationem, &c.

Partes conveniunt supplicare e Sanctissimo pro confirmatione concordie.

§.8. Præterea partes ipsæ pro majori firmitate presentis Instrumenti concorditer convenerunt, ut supplicetur Sanctissimo, qui dignetur benigne illud confirmare, cum suppletionem quorumcumque defectuum, tam personalium, quam realium, ac tam substantialium, quam formalium, & aliorum quorumcumque, & cum extinctione litis, & impositione perpetui silentii, aliisque clausulis opportunis inserendis in Brevi de super expediendo sumptibus communibus. Quam quidem concordiam, & transactionem, omniaque, & singula in presenti Instrumento contenta dictæ partes, quibus supra nominibus respective promiserunt habere rata, grata, valida, atque firma, & inviolabiliter adimplere, ac tanquam rem judicatam observare, contraque non facere, dicere, excipere, opponere, seu venire, aut aliquam exceptionem juris, & facti allegare, vel contra præmissa agere, seu experiri etiam prætextu quorumcumque Jurium de novo repertorum, seu forsitan quomodocumque reperiendorum, & alio quovis prætextu, ingenio, causa, vel quæsito colore, etiam ex incognitis, & inexcogitatis, & hic non expressis, & in Corpore Juris clausis, ac necessario exprimendis, quæ omnia pro expressis, & specificatis haberi voluerunt, &c. renunciantes, &c. hinc inde medio juramento tactis pectoribus more, &c. l. de Alimentis, & l. sub prætextu, in secunda parte, C. de transact. atque l. de his, & l. cum ii, ac l. qui cum Tutoribus, ff. eodem, & l. fin. C. de revoc. donat. benef., & privil. absolutionis a juramento, restitutionis in integrum, tam principaliter, quam incidenter, enormis, & enormissima læsionis, ceterisque legibus statutis, & privilegiis in favorem ipsarum partium quomodolibet faciendis: quia sic, &c. alias ultra præcisam, &c. teneri voluerunt ad omnia dam-

na, &c. de quibus, &c. pro quibus, &c. dictus R. P. Galenus dictum Ven. Collegium, ejusque bona, &c. jura, &c. dictum vero Illustriss. Dominus Antaldus pariter dictum Collegium Neophytorum, ejusque bona, &c. jura, &c. in ampliori forma Reverendiss. Camera Apostolica cum clausulis, &c. obligarunt, &c. citra, &c. appellationi, &c. renunciarunt, &c. & confenserunt, &c. unica, &c. & sic tactis pectoribus more, &c. jurarunt, &c. super quibus &c. Actum Romæ domi solite habitationis præfati Illustriss. Domini Antaldi positæ in Regione Campitelli, presentibus Dominis Joanne Baptista Signio quondam Joannis Thomæ Januensis, & Domino Nicolao Antonio de Ascaniis filio quondam Leonardi Barefis, Testibus &c. Ego Antonius Franciscus Maria Simius Curia Causarum Eminentiss., & Reverendiss. Domini Cardinalis Vicarii Notarius, de præmissis rogatus præfens Instrumentum subscripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi requisitus. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora, & stabiliora sint illa, quæ Apost. confirmationis robore communiuntur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.9. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, necnon literarum memorati Gregorii Prædecessoris super reservatione constitutione, et assignatione pensionis, ac unione, annexione, et incorporatione Monasterii hujusmodi respective emanatarum tenores, et datas, aliaque etiam speciali, et individua mentione, et expressione dicta presentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati supradictum memoratorum Francisci, ac Julii, & Benedicti Cardinalium decretum, confectumque in illius executionem Instrumentum præinsertum, cum omnibus, & singulis in illis respective contentis, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti, necnon solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, aliisque quoslibet etiam formales, & substantiales, ac undecumque resultantis defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, vel præteriti possent, supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

Decretum PP. confirmans cum instrumento, & transactioe de supra ce. ebrata inter partes.

Præ-

Lites, & controversias super primitiis, & partibus perpetuum silentium imponit.

§.10. Præterea lites, & controversias quas cumque super præmissis inter prædicta Collegia Germanicum, & Hungaricum, ac Neophytorum quovis modo exortas illarum statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & colligantium, & alia etiam specificam, & individua mentionem, & expressionem requirunt presentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis habentes a quibusvis Judicibus, & Tribunalibus ad Nos harum serie avocamus, illasque etiam perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper utrique parti silentium imponimus.

Decretum irritans.

§.11. Decernentes easdem presentes, ac præinsertas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrazionum.

§.12. Non obstantibus quacumque litis pendencia, aliisque præmissis, ac quatenus opus sit, rec. mem. Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Collegiorum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eisdem Collegiis, eorumque Rectoribus, et Ministris, ac personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, et formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et infererentur, presentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat die 23. Maji 1662. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima Bull. Rom. Tom.VI. Par.V.

simatertia Maji 1662. Pontificatus Nostri Anno VIII.

CCCCIII.

Confirmat Decretum Sacre Congregationis Episcoporum, & Visitationis Apostolicæ pro dotandis octo Puellis de Parochia S. Andreae de Fractis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & Locorum Piorum Almae Urbis nostræ a Nobis instituta Deputatorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Prævia commissione Sanctissimi alias emanavit a Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ Decretum infra scripti tenoris, videlicet.

Recefit Decretum.

§.1. Cum in causa Romana electionis octo Puellarum Pauperum inter Marchionem Paulum Nepotem, & hæredem Marchionis Octavii de Bubalis, & Custodes Societatis Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Andreae de Fractis, R. P. D. Pinellus Judex Delegatus a bon. mem. Card. Montalto ipsius Societatis Protectore Anno 1620. definitive sententiaverit dicto Marchioni Paulo licuisse, ac licere dictas octo Puellas ad subsidium dotale a dicto Marchione Octavio in suo Testamento relictum eligere, ac nominare ex iis, quæ sibi videbuntur, & ex quibusvis Urbis Regionibus fuerint indistincte, & nulla habita ratione loci, & Parochiæ, ubi dictæ Puellæ degant, & habitent: cumque sententia hujusmodi lata fuerit inauditis, & indefensis Puellis Parochiæ prædictæ Ecclesiæ S. Andreae, ac Regionis Columnæ, quæ pretendunt has octo Puellas vigore memorati Testamenti primo eligi debere ex illis, quæ pro tempore erunt sub dicta Parochia, & si in ea non sint in numero sufficienti, eligi debere ex Puellis Regionis Columnæ: Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ, ne jura Pauperum Puellarum deperant ex carentia legitimi Defensoris, censuit dandum esse ex officio Curatorem prædictis Puellis Parochiæ S. Andreae, & Regionis Columnæ, prout dari mandavit ad hoc ut ipso Curatore illarum defensionem subeunte hujusmodi causa cognosceret, & pro justitia terminari possit. Datum die 12. Januarii 1662.

§.2. Quam Congregationis sententiam die decimo octava ejusdem Sanctiss. D. N. ad se relata approbavit, iustique prædictam causam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, tam in petitorio, quam in possessorio ex integro cognosci, ac sine debito terminari in eadem

F f 2

Con-

Congregatione Visitationis Apostolica, cui ad effectum praemissum Sanctitas Sua tribuit facultates omnes necessarias, & opportunas, & quatenus opus sit, supradictas Puellas adversus quaecumque praedicta restituit.

§.3. Subinde in executionem praesentis Decreti Curatore Puellis deputato, & servatis alias servandis, eadem Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, ac Dominorum Praelatorum Visitationis Apostolicae, partium Procuratoribus, & Advocatis saepius auditis, scripturisque, ac iuribus utrimque exhibitis mature perpensis, causaque accurate discussa, proponente Eminentiss., & Reverendiss. D. Card. Imperiali, ex unanimi Patrum sententia censuit, tam octo Pauperes Puellas a praenominato Marchione Paulo eligendas, quam alias eligendas a praedictis Custodibus, & Parocho dictae Ecclesiae S. Andreae, primum eligi debere ex illis, quae pro tempore erunt sub dicta Parochia S. Andreae, & quae in ea continue habitaverint saltem spatio duorum annorum, & si non sint in dicta Parochia in numero sufficiente, eligi debere ex Puellis Regionis Columnae: Quod si nec sint in dicta Regione, tunc demum eligi posse, ac debere ex aliis Regionibus, prout videbitur praedicto Marchioni Paulo, & omnibus Successoribus in hereditate Marchionis Oclavii Testatoris, & respective Custodibus, & Parocho supradictis: sententiamque desuper latam, & assertas renunciationem litis, & rem iudicatam minime afficere memoratas Puellas Parochiae S. Andreae, ac Regionis Columnae, nec eis aliquo modo officere. Et ita Sacra Congregatio declaravit, & pronunciavit non tantum praedicto, sed, & omni alio meliori modo, sicque ab Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinali, pro tempore Protectore Societatis praedictae, eiusque Iudice deputato, atque ab omnibus, ad quos pertinet, & in posterum pertinebit, omnino servari praecipit, in contrarium deductis, & allegatis nequaquam refragantibus. Datum die 20. Aprilis 1662.

Confirmat prout in rub.

Clausula.

P. Fagnianus Secretarius.  
§.4. Cum autem firmiter, & stabiliora sint illa, quae apostolici muniminis fulciantur praesidio: Idcirco Nos firmiori dicti Decreti robori, efficaciae, & observationi consulere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine Decretum praesentis, ac omnia, & singula in eo contenta, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit,

plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu notari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullatenus unquam posse; sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac praedictae Societatis Protectorem, et alios S.R.E. Cardinales, ceterosque quoslibet quacumque auctoritate, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis praemissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Junii 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 3. Jun. 1662. An.VIII.

CCCXCIV.

Confirmatio Decretorum a Generali Ordinis Eremitarum Sancti Augustini pro felici regimine Conventus, & Collegii majoris nuncupat. Civitatis Parisien. dicti Ordinis in visitatione editorum, & a Capitulo Generali approbatorum, cum illorum insertione.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quo divina dispositione Ecclesiae Catholicae regimini praesidemus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christianidelium, qui e fluctibus seculi in Religiosae vitae portum confugerunt, curam gerentes, illa, quae pro felici eorum regimine, & directione providende, prudenterque constituta esse noscuntur, quo firmiter subsistant, & serventur exactius, apostolici muniminis praesidio roboremus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Lamfrancionius Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod ejus in Generalatu dicti Ordinis Praedecessor in Visitatione Conventus Majoris nuncupati Civitatis Parisien. ejusdem Ordinis diversa Decreta pro bono Conventus hujusmodi gubernio, regularisque observantiae confer-

Ex Regest. in Secret. Brevi

Prooemium.

servatione edidit quae subinde a novissimo praefari Ordinis Capitulo Generali approbata fuerunt sub infrascripto tenore videlicet.

Decretum recenset.

Magister Frater Paulus Luchinus Pifaurensis totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Prior Generalis, & Commissarius Apostolicus.

Ea est humanarum rerum conditio, ut quanto sibi nobiliorem locum, & nomen vindicant, tanto pluribus subjacent fortunae casibus, quibus sublimis eorum situs, undique exagitetur, & si fieri potest maximis dehonetur maculis: quod cum neminem per singula discurrerem latere queat, tutius erit erumpentes silentio coercere voces, quam ex illis humanis eloquiis depromere fraudi materiam; verum Nobis tacentibus per se ipsum eloquetur hic Conventus, & Generale nostrum Collegium, & antiqua praeminentia crebris dissidiis, non uno, sed diverso modo, ac tempore, non sine maximo animi nostri dolore, jam fere labefactata cernitur. Plurimum sane ad illius decus, & nominis gloriam confert, quod in amplissima, opulentissimaque totius Regni Christianissimi Civitate, veluti in tutissima, ac munitissima capitis arce collocetur, ut ex illa doctrina sana, & mansuetudine sapientiae, tenebras ignorantiae penitus dissipare, & adversus pestilentissima vitiorum omnium monstra totis viribus prevalere conetur; quod tot Christianissimorum Regnorum, Serenissimorumque Principum, Nobilissimorum procerum, atque illustrum virorum protectio, ac munificentia nobilitetur, & quod denique inter praecipua, & nobiliora facultatis Theologiae Parisiensis membra adscribatur, quae cum sit florentissimi Galliarum Regni Gloria, & tam Cultorum suorum, quam exterorum ex omnibus totius orbis partibus in eam confluentium, multitudinem, pietate, doctrina, atque fide orthodoxa insignis, Literarum omnium ad se allicit, convertitque animos, sed proh dolor! unde eadem gloriae, honoris, atque praeminentiae monumenta inde dissidiorum, ac litium semina enasci, ut plurimum dignoscuntur; hinc enim desiderium impatiens ad illud convolandum, hos sollicitat: Hinc gloria insigniri laurea Doctorali in hac alma facultate corda aliorum accendit; Illinc denique ibidem remanendi diutius quam par est, in aliorum, & Conventus praedicti corda quorundam torquet, quae omnia ubi primum ad Generalatus apicem, nullis nostris suffragantibus meritis evecti, cum mature perpendifsemus, ad instar Evangelici Pastoris commissi gregis salutem tantum prospicientes, apostolica tum benedictione, tum facultate obtenta, non laboribus deterriti, non difficultatibus labefactati, non Sathanae adversarii colluctatione fracti, valde nimis asperum terrae marisque fluctuosum, arumnis, ac periculis refertum

iter suscipiendum bonum duximus: ut Parisiensem istum Majorem Conventum, & Generale nostrum Collegium, Rege Christianissimo annuente, personaliter, specialiter lustraremus. Cujus aequitate, pietate, ac potenti patrocinio erga nostram Religionem protecti, ab instituti operis cursu, per aliquot dies pro viribus nunquam destitimus: sed ad moderandos mores, corrigendos excessus, componendas controversias, & ad ea, quae ad Dei cultum, & disciplinam regularem, neque conservandam, sed, & augendam spectant totum fuimus; Idque munere, & gratia Christi, quod perfecta visitatione hujus Majoris Conventus, & Collegii nostri Parisiensis, assequi facilliori via minime existimavimus, quam innovando, declarando, moderando, & extendendo respective decreta Praedecessorum nostrorum, edita pro ipsiusmet Conventus, & Collegii felici gubernio, & monastica disciplina, & quadam alia de novo addendo, non immerito, censuimus, sicut de facto auctoritate utriusque officii, quo fungimur, ea respective nunc innovamus, declaramus, moderamus, limitamus, extendimus, & addimus, nec non sic innovata, declarata, moderata, limitata, extensa, & addita perpetuo inviolabiliter servari volumus, & id quidem de consilio admodum Rev. Patris Magistri Thomae Eguichens Galliarum apud Nos Assistentis, & Prioris hujus Conventus, & Collegii; atque auditis pluries verbo, & scriptis in diversis Congregationibus coram Nobis super hac re hoc in Monasterio habitis, & per Nos ad id expresse convocatis, omnium Provinciarum Galliae Provincialibus cum ipsarum, & Conventuum Generalium deputatis; necnon item omnibus hujus familiae religiosis, non solum virtute scrutini secreta peracti, sed etiam informationis extra judicialiter acceptae; ac proinde plenum omnino istius Conventus, & Collegii statum habentes; quae quidem decreta nunc, & futuris perpetuo temporibus ab omnibus fratribus, & fratribus, qui in hoc Conventu, & Collegio de praesenti immorantur, & in posterum de familia commorabuntur, eadem duplici auctoritate, ut praefertur, inviolabiliter servari volumus, mandamus, atque praecipimus sub poenis in ipsis contentis: reliquis omnibus Decretis, & Definitionibus non apostolicis quomodolibet aliunde emanatis, & approbatis, seu roboratis hunc majorem Conventum, et Generale nostrum Collegium modo peculiari contravenientibus, quae hic reticentur, proflus abrogatis, cassatis, et irritatis, ne ulla in posterum vel scrupoli, vel dubitationis, aut litigii occasio super sit. Decreta autem hujusmodi immediate apponuntur, post tenorem Brevis Apostolici a Sanctiss. D. N. Papa Alexandro VII. feliciter Regnante, Nobis specialiter elargito.

Tenor Brevis Apostolici. Foris Dilecto Filio Paulo Luchino Pifauren. Priori Generali Fratrum Eremitarum Sancti Augustini

Tenor Brevis Apostolici.